UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XII. Quomodo Imp. Theodosius, collectis adversus Maximum ingentibus copiis; quo tempore Honorius ei ex Flaccilla natus est, Arcadium quidem reliquit Constantinopoli, ipse vero juxta Mediolanum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

τὴν ἰλλυρίδα γενόμενος γῆν, ἐν Θεσσαλονίκῃ τῆς Μακεδονίας διέτριβεν.

A ſus, venit in Illyricum, & in urbe Macedoniæ Theſſalonica ſedem fixit.

Κεφ. ιβ´.

Ὡς ὁ βασιλεὺς θεοδόσιος κατὰ μαξίμου δύναμιν μεγίστην ηὐτρέπιζεν, καθ᾽ ὃν καιρὸν ὀνώριος αὐτῷ ἐκ πλακίλλης ἐτέχθη, ἀρκάδιον μὲν ἐν κωνσταντίνου πόλει κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ ἐν μεδιολάνῳ, τῷ τυράννῳ προσέμιξεν.

Ὁ Δὲ βασιλεὺς θεοδόσιος ἐν φροντίδι μεγάλῃ καθίστατο· δύναμίν τε μεγίστην κατὰ τοῦ τυράννου ηὐτρέπιζεν· εὐλαβούμενος μὴ καὶ τῷ νέῳ οὐαλεντινιανῷ ὁ τύραννος φόνον βουλεύσῃ. κατὰ ταυτὸ δὲ καὶ πρεσβεία περσῶν παρῆν, εἰρήνην παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτοῦσα· τότε δὴ καὶ προσγίνεται τῷ βασιλεῖ υἱὸς ὀνώριος, τεχθεὶς αὐτῷ ἐκ τῆς γαμετῆς πλακίλλης, ἐν ὑπατείᾳ ῥιχομηλίου καὶ κλεάρχου, τῇ ἐνάτῃ τοῦ σεπτεμβρίου μηνός· καθ᾽ ἣν ὑπατείαν καὶ ἀγέλιος ὁ τῶν ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, μικρῷ πρότερον ἐτελεύτησεν· τῇ δὲ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν ἀρκαδίου αὐγούστου τὸ πρῶτον καὶ βαύδωνος, τελευτήσαντος τιμοθέου τοῦ ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας, θεόφιλος τὴν ἐπισκοπὴν ἐκδέχεται· μετὰ ταῦτα δὲ ἐνιαυτῷ ὕστερον καὶ δημόφιλος ὁ τῆς ἀρειανῆς προεστὼς θρησκείας, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο· ἀρειανοὶ δὲ μαρῖνόν τινα ἐπίσκοπον τῆς οἰκείας αἱρέσεως ἐκ θρᾴκης μεταστειλάμενοι, αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν ἐπέτρεψαν· ἀλλ᾽ οὐκ ἐχρόνισεν ὁ μαρῖνος· ἐπ᾽ αὐτῷ γὰρ διῃρέθη ἡ ἀρειανῶν θρησκεία, ὡς ὕστερον λέξω· Δωρόθεόν τε αὖθις ἐκ τῆς ἀντιοχείας τῆς ἐν συρίᾳ μεταπεμψάμενοι, ὑπ᾽ αὐτῷ ἐτάττοντο· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν κατὰ μαξίμου πόλεμον ἤλαυνε, καταλιπὼν ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει τὸν υἱὸν ἀρκάδιον βασιλεύοντα· καταλαβών τε τὴν θεσσαλονίκην, εὑρίσκει τοὺς περὶ οὐαλεντινιανὸν πολλῇ ἀθυμίᾳ διάγοντας, ὅτι δι᾽ ἀνάγκην τὸν τύραννον ὡς βασιλέα ἐδέξαντο· ὁ θεοδόσιος δὲ, ἐν μὲν τῷ φανερῷ οὐδέτερον ἐδείκνυεν· οὔτε γὰρ ἠθέτει, οὔτε προσεδέχετο τὴν μαξίμου πρεσβείαν· οὐ μὴν ἠνείχετο περιορᾷν τυραννουμένην τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, προσχήματι βασιλικοῦ ὀνόματος· ἀναλαβὼν δὲ τὰς δυνάμεις τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων, ἐπὶ τὴν μεδιόλανον ἐχώρει· ἐκεῖ γὰρ ἔφθακει ὁ μάξιμος.

Cap. XII.

Quomodo Imperator Theodoſius collectis adverſus Maximum ingentibus copiis, quo tempore Honorius ei ex Flaccilla natus eſt, Arcadium quidem reliquit Conſtantinopoli, ipſe vero juxta Mediolanum conflixit cum Maximo.

Imperator vero Theodoſius in maximam ſollicitudinem conjectus eſt: B metuenſque ne juniorem quoque Valentinianum tyrannus per inſidias interficeret, ingentes adverſus eum copias comparavit. Eodem tempore Perſarum legati advenére, pacem ab Imperatore flagitantes. Alter etiam filius Honorius Imperatori tunc natus eſt ex Flaccilla conjuge, Richomere & Clearcho Conſulibus, die quinto Idus Septembris. Quo quidem anno Agelius Novatianorum Epiſcopus ex hac luce migravit, paulo antequam naſceretur Honorius. Sequente anno, Arcadio Auguſto primùm & Bautone Conſulibus, mortuo Timotheo Alexandrinæ urbis Epiſco- C po, Theophilus ſacerdotii curam ſuſcepit. Anno poſt Demophilus Arianæ partis Epiſcopus extremum diem obiit. In cujus locum Ariani Marinum quendam ſuæ ſectę Epiſcopum ex Thracia accitum ſubſtituerunt. Verum Marinus non diu permanſit. Ejus porro temporibus, Arianorum ſecta duas in partes diviſa eſt, ut dicemus infra. Poſt hunc igitur Ariani Dorotheum ex Antiochia Syriæ revocantes, Epiſcopum ſibi conſtituerunt. Interea Imperator Theodoſius ad bellum contra Maximum cum exercitu proficiſcitur, relicto Conſtantinopoli filio ſuo Arcadio Auguſto. Cumque D Theſſalonicam veniſſet, Valentinianum ejuſque Comites mœrore oppreſſos offendit, propterea quod neceſſitate compulſi, tyrannum quaſi Imperatorem ſuſcepiſſent. At Theodoſius, palam quidem nullum in alterutram partem indicium animi ſui dabat. Nam neque legationem Maximi repudiabat, neque admittebat. Sed cum Imperium Romanum ſub Imperatoris nomine tyrannica dominatione oppreſſum videret, & diutius ferre non potuit. Collectis igitur Romanorum militum copiis, Mediolanum contendit. Illuc enim jam Maximus advenerat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN